

Randpostillen <Job Veners> gegen die Protestaciones <des NuK> Nr. 143.

Reinschrift (Reinentwurf?): Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 274 f. 68r–70v. Kleinere Ergänzungen durch Job Vener.

Druck: Heimpel, Vener Nr. 44.

Erw.: Meutben, Trierer Schisma 21 Nr. 30 und 141–143.

Terminus post quem ist die Vorlegung der Protestationen 1432 X 31 (s.o. Nr. 144). Postilliert ist das bei Nr. 143 aufgeführte dritte Exemplar der Protestationen. Schrift und Anordnung entsprechen den Randpostillen Nr. 136 zur Supplik des NuK. Die ebendort in der Vorbemerkung geäußerte Vermutung zur Übersendung der Postillen betrifft umso mehr Nr. 143, da der wohl noch in der Nähe Rabans weilende Job Vener Ergänzungen im Text anbringt. Aus den insgesamt 63 Postillen wird wie bei Nr. 136 nur eine Auswahl geboten (in Klammer die jeweilige Stelle der Protestationen).

(Z. 2, instancias:) Tu porrigens istam cedulam has fecisti instancias, non tam pro clero, quam ut domini tui, scilicet Vlrici de Mandelscheit, invasoris ecclesie Treuerensis occupacionem et detencionem tyrannicam prolongares, et ad hoc nunc iterum per aliam viam tendis.

(Z. 3, devotissimi:) Quomodo sunt devoti sacro concilio, qui sunt rebelles Romane et universalis ecclesie per sacrum concilium representatae et a notorie intruso et excommunicato, inhabitato et pri-
5 vato, ymo de heresi vehementer suspecto vel eius auctoritate recipiunt vel magis prophanant ecclesiastica sacramenta? Vel si sunt devoti voce, non tamen corde, quia solum querunt redimere tempus hii
scilicet, qui te et dominum tuum in hoc sequuntur? Possunt esse plures aliud sencientes et vere devoti
quoad deum, licet non audeant Romane ecclesie et vero suo presuli obedire metu corporis atque re-
rum; sed ab hiis non habes huiusmodi in mandatis.

(Z. 3, dominii:) Nunc se restringit ad clerum dominii per suum dominum tyrranice occupati, et
in priori supplicatione loquebatur generaliter de clero Treuerensi, cuius tamen maior pars extra illud
dominium est in obediencia Romane ecclesie et domini Rabani veri archiepiscopi Treuerensis.
10

(Z. 5, oppressum:) Per tyrrannum tuum dominum vere iniustissime opprimuntur. Unde preter
intencionem tuam tu velut alter Cayphas prophetas; sed iuxta intencionem tuam, quod censure sunt
15 iniuste, non dicis verum, cum pro causa racionabilissima sint emisse.

(Z. 12, admitterentur:) Cum sint pro iure nulle et recipi prohibite atque ultra hoc per indubita-
tum supremum in terris iudicem huius cause ex certa sciencia cassate: quomodo sunt per concilium
admittende?

(Z. 13, cognosceretur:) Dudum causa est cognita, et execucio, cui tu et dominus tuus se opponunt,
20 solum restat facienda.

(Z. 13, parendo:) Cur dudum non paruerunt vel hodie parent enucleatissimo iuri per summum
et irrefragabilem iudicem promulgato?

(Z. 14, maioris:) Hic tacite inculpatur sacrum concilium. Posset tamen esse, quod multi ab inicio
de facto non informati consensissent et postea ante conclusionem melius deliberassent.
25

(Z. 15, supplicacio:) Visa et examinata fuit hec supplicacio, sed iustissime non admissa, quia no-
toriis mendacis in facto plena, sibi ipsi, rationi et iuri contraria, continens quedam, ut appareat, ab
heresi non remota, ymo tota ex sui tenore dentibus laceranda, ut ex scripturis contra eam porrectis
apertissime demonstratur.

(Z. 16, exorbitancie:) Tu fingis exorbitancias, ubi iuste pene rebellibus infliguntur, quibus eciam
30 penis et censuris decreta Romanorum pontificum non solum in communibus constitutionibus, sed
eciam in generalibus conciliis edita nedum multum favent, sed pro magna parte originem prestite-
runt, ne delicta remaneant impunita, et ad cavendum, ne exempli pernicies subsequatur.

(Z. 19, iudicibus:) Quomodo in causa particularis ecclesie discussa et ex certa sciencia per duos
Romanos pontifices terminata novos vis iudices deputari, nisi ut novis cavillacionibus gesta legittime
35 retractentur fiatque processus in infinitum?

(Z. 20, practicantibus:) Ecce quomodo processus concilii reprehenditur, quasi per practicas inep-
tas concilium dirigatur! Absit, quod prevaleat in concilio nequam homo, quod sancto spiritu vege-
tatur! Quin pocius mendosis et probrosis famosisque in hac parte libellis nulla fides et eos confingen-
tibus pena debita per sacrum concilium imponatur!
40

27–28 continens — remota und tota in flüchtigerer Schrift von Vener ergänzt

(Z. 23, impedirent:) Quicumque callidis adinvencionibus tuis conatur resistere, hunc tu calumpniates iusticiam impedi.

(Z. 26, inculpare:) Videns iste mendax precator, quod non potest suum iniquum propositum resiste sibi iusticia obtainere, nititur sacrum concilium contra prosequentes iusticiam provocare.

45 (Z. 27, censendus:) Qui potestati presertim apostolice resistit, divine ordinacioni resistit, maxime in causa particulari, sed secus in universalis, que totam ecclesiam concernit.

(Z. 31, concilium:) De suprema sacri concilii potestate a solo deo accepta non est vacillandum, cuius eciam auctoritas, quidquid iste fingat, expresse in memorato scripto reperitur excepta; ymo bene interpretando dictum scriptum, quoad hoc est conforme intentioni sacri concilii, quod in 50 responsione data ambassiatoribus summi pontificis canones de potestate summi pontificis loquentes peroptime interpretatur respectu ecclesiarum, personarum vel causarum particularium, non autem respectu concilii generalis universalem ecclesiam representantis.¹⁾ Sic eciam mens dicti scripti, si bene inspicitur, fuit et est, quod nullus homo singularis in causa particularis ecclesie per summum pontificem ex certa scientia etc. expedita se debeat opponere quovis modo, alioquin numquam erit finis.

55 (Z. 32, non:) O iniquissime interpres, ubi reperis in dicto scripto concilium hoc facere non posse? De absoluta et omnimoda enim potestate concilii expresse in dicto scripto seclusa non est dubitandum. Sed an expediat concilio in isto casu retractare sentenciam pape, merito poterat dubitari, et maxime an appellaciones a provisione pape tam provide facta interpose essent per concilium recipiente, cum non agitur de aliquo universalem ut sic ecclesiam concernente.

60 (Z. 32, causa:) Non est dare regulam, quin paciatur excepcionem. Et tamen cottidie iuris regulas sine omni excepcione videmus non solum per glosas et doctores, sed eciam in ipsis textibus canonum allegari. Non oportuit ergo causam istam eximere a plenitudine potestatis concilii, quin subesset, quantum sacro concilio videretur; sed licuit exprimere raciones, quare non expediret concilio gesta legittime retractare. Nam, ut dicit apostolus: Omnia michi licent, sed non omnia expedient etc.²⁾

65 (Z. 33, dissolucioni:) Ista causa dissolucionis concernit universalem et non particularem ut sic ecclesiam. Quare magis concilio generali erat insistendum quam pape obediendum, qui prius concilium auctorisavit.

(Z. 35, iudicare:) Scriptura, quam inpugnas, utitur verbis canonis, nec per hoc detrahitur auctoritatē conciliorum, ymo ipsorum auctoritas stabilitur. Nam a fide deviare cognoscitur, qui eciam fidem 70 christianam recognoscens ecclesiam universalem ineptis moribus scandalizat, quia fides sine operibus est mortua³⁾, et ex malis scandalosisque operibus fides presumitur claudicare. Unde sub hoc modo loquendi omnes casus, pro quibus papa iudicari vel deponi potest, sunt tacite comprehensi, utpote heresis fautoria scismatis, presertim inveterati, quod heresi comparatur, et scandalizatio ecclesie universalis moribus reprobatis.

75 (Z. 36, turbatores:) Non turbat concilium, qui verba canonis in medium producit per concilium approbata. Tu vero, qui processum concilii reprehendis, ut superius appetet, spiritum sanctum niteris contristare⁴⁾, et ut verus turbator es merito eiciendus, maxime cum sis nominatim ab ecclesia exclusus, ut infra clarius apparebit.

(Z. 40, porrexerunt:) Scriptura, de qua loqueris, nullum habet errorem... Sed tu falso ista 80 fingis, sicut et nuper finxisti quedam in processibus contineri, quorum tamen ad oculum contraria sunt reperta. Unde merito pro tot notoriis mendaciis punireris.

(Z. 43, excommunicatum:) Tu es utique nominatim ut talis denunciatus et fuisti ad tempus sub forma reintrusionis post denunciaciōnem huiusmodi certis respectibus et sponsonibus pro te factis absolutus, quas minime observasti, prout de hiis habentur scripta et testimonia satis autentica tibi 85 nota, licet ista preterea subripiendo. Nunc autem lapsō reintrusionis termino pretendis primo te non fuisse excommunicatum.

(Z. 44, audiverint:) Multa sunt a te auditā et per te scripta in hac materia publica mendacia. Sic eciam potuisti hic falsum dicere, et posito quod esset verum, tamen a pluribus ignoratur.

65 dissolucionis ebenso 81 notoriis ebenso.

¹⁾ So die Konzilsantwort Cogitanti an die päpstlichen Gesandten 1432 IX 3; Mansi XXIX 251B.

²⁾ Vgl. 1. Cor. 6, 12 und 10, 22.

³⁾ Vgl. Iac. 2, 26.

⁴⁾ Eph. 4,30. Leitmotivartig in Cogitanti; vgl. z.B. Mansi XXIX 239C.

(Z. 47, decretis:) Sacri concilii decreta sunt merito ab omnibus recipienda et per concilium, si opus fuerit, interpretanda. Non tamen est verisimile mentem concilii fuisse, quod vigore alicuius decreti 90 quis a debita obediencia suo pastori exhibenda deberet eximi, quin si eam non faceret, posset legitime puniri. Alioquin dici posset, quod absit, sacrum concilium esse refugium contumacium, rebellium et perversorum.

(Z. 50, reintrusione:) Si ab hac reintrusione appellasti, contra concilium te opposuisti, quia quidquid dominus Ratisponensis in hac materia fecit, ad instantiam sacri concilii fecit, ut expresse patet 95 in actis. Et eciam commissio sibi facta fuit ad instantiam concilii, ut est notum.

(Z. 51, impedivit:) Hic iterum per te sacrum concilium tacite inculpatur, quasi concilium sit ita mobile et infirmum, quod una vel due aut saltem paucem persone id, quod tu iustum asseris, valuebant impeditre. Absit autem a seculo, quin pocius tua et domini tui suorumque complicum et adherentium notoria iniquitas, quam sub hoc velamine niteris protrahere et palliare, tibi aditum ad 100 tuum perversum propositum precluserunt.

(Z. 53, servarentur:) Ymo nisi serventur, non observantes clerici erunt irregulares, prophanabunt et laycos sedent, ministrantes eis sacramenta clavis manibus et in contemptum clavium ecclesie universalis. Verius hoc est, ad quod tu tendis. Non enim curas an bene vel male, dummodo layci subditi Treuerensi ecclesie contententur, ne verus interdictorum et censurarum effectus, propter quem 105 iura fulminari processus mandant in illo territorio, ut scilicet dominus tuus illud iniustissime occupans eiciatur et a subditis deseratur, exigente iusticia subsequatur. Hoc est revera maximum periculum, quod tu times, sed pocius affectare deberes, si bona conscientia ducereris.

(Z. 57, secundo:) Hanc secundam et terciam protestaciones notorie falsa et conficta narrantes tu solum ponis ad hunc finem, ut aut sub specie execucionis bullarum et processuum negocium protrahitatur, aut domini tui, si clerici processus non curaverit, iniquissima occupacio prolongetur. Sed cum hec omnia narrata in hiis duabus protestacionibus ex sola inspeccione processuum cuilibet intelligenti, si vera essent, prima facie patere debuissent, cur non ab inicio hec in medium produxisti, antequam processus relaxari instantissime postulasti? Convincitur autem ex tua supplicatione alias sacro concilio porrecta, quod ista sunt manifeste falsa. Ibi enim expresse scripsisti, quod ex novis 115 instrucionibus nullitas processuum manifesta extitit. Unde si, ut hic narras, ex antiquis apparere potuit, cur ibi non expressisti, aut cur ex novis solummodo pretendisti, nisi quod tibi ipsi contrarius esse probaris et fictionibus plenus, ut redimas tempus et ignorantibus factum mendose persuadeas id, per quod tuum iniquissimum valeas propositum adipisci?

(Z. 67, divinus:) Nisi rebellio in te et tuis sequacibus prevaleret, securius utique processibus obdires, quam indubio te divinis ingereres. Verus enim cultus divinus est obedire et peccatum ariolandii repugnare et scelus ydolatrie non acquiescere.⁵⁾ Sed tu tibi vis esse dux et pastor, aliosque seducis, quia si cecus cecum duxerit etc.⁶⁾

(Z. 71, constat:) Non potest constare de absolucione, nisi eciam constet de reintrusione, quia absolucio et ipsa reintrusio uno contextu fuerunt facte... Nec dominus Ratisponensis habuit potestatem adsolvendi nisi cum reintrusione...

(Z. 75, audiatur:) Tu velles in infinitum audiri, ut domini tui tyrannica occupacio continue perduraret. Sed quia non petis, quod iustum est, merito non exaudiris. Constat autem..., quod per dominum Rabanum non stetit, quominus ad rationabilem compositionem deveniretur, sed hoc expresse per dominum tuum et sibi adherentes iam diu stetit et hodie stat, cum noluerint consentire in aliquam compositionis viam...

(Z. 78, contemptu:) Multi viri docti et periti extra diocesim Treuerensem et eciam in diocesi extra territoriorum temporale ecclesie Treuerensis timentes deum servant dictos processus, a quibus si iuste possent excusari, essent libencius supportati, presertim in observacione interdicti in presencia rebellium et post eorum recessum per aliquod tempus. Et hoc faciunt, quia nolunt contempnere mandata 135 apostolica. Et tu dicis, quod clericus tuus sine contemptu eos velit postergare, quod est impossibile, quia non solum contempnit mandata executoris, sed duorum summorum pontificum ex certa scientia mandancium...

(Z. 83, declaratum:) Duo summi pontifices ex certa scientia declaraverunt istas appellaciones nullas, et ab omni iure sunt reprobate, et tu vis novam declaracionem, ac si diceret adulter, fur, 140 latro vel alius nequam notorius: Ego nec iuris divini nec humani precepta nec cuiuscumque superioris

⁵⁾ Vgl. 1. Reg. 15, 22f.

⁶⁾ Vgl. Matth. 15, 14.

mandata volo curare, sed in delictis meis perseverare, donec concilium aliud declaraverit, et sic volo penas evadere vel saltem tempus redimere quomodocumque. Absit autem, quod sacrum concilium sub isto velamine te favoriset! Nisi enim per censuras ecclesiasticas domini tui malicia notoria com-
145 pescatur, secum trahet ad baratrum infinitam multitudinem animarum, quibus salubrius est carere di-
vinis ad tempus quam secum involvi perpetuo cruciatu.

(Z. 86, partis:) Nisi te iusticia et dictamen racionis impedit, nullus te posset in sacro concilio impedire. Pars enim tibi adversa vix habet duas vel tres personas suum ius in concilio defensantes, qui utique non possent sine iusticia prevalere, nisi velis dicere, quod habent multos fautores te impe-
150 dientes. Et potest esse, quod plerique fautores iusticie magis quam cuiuscumque partis resistant tibi... Sacrum concilium et eius processum, quia non fit ad nutum tuum, multipliciter reprehendis, quod per dei gratiam in persona tua impune non transibit.

(Z. 89, manifestabuntur:) Utinam pura et nuda veritas tocius huius cause et omnium gestorum post mortem... Ottonis archiepiscopi Treuerensis circa Treuerensem ecclesiam cunctis esset christi-
155 colis manifesta, et absque dubio nec tibi nec alicui pro parte tua militanti favor aliquis preberetur, quin pocius mundus totus insurgeret et causam istam magno impetu contra dominum tuum et eius complices, si aliter non posset, ultore gladio terminaret! Sed pars tua tam latinis quam vol-
garibus verbis eciam quandoque sub sigillis pluribus partim extortis plura contra notoriam verita-
160 tem scribere sepius non erubuit, prout ex multis litteris hincinde missis, quarum aliisque adhuc pre manibus habentur, liquido satis constat. Quidquid ergo in futurum scribere vel nunciare curaverit, minus fidei reportabit, et dante altissimo tandem veritas et iusticia prevalebunt.

1432 Dezember 17, Basel.

Nr. 146

⟨Francesco Pizolpasso⟩ an N⟨ikolaus von Kues⟩. Er berichtet vom Konzil und über Hand-
schriften.

Kop. (15. Jh.): CASALE MONFERRATO, Bibl. del seminario, Ms. b 20 f. 121^v–122^v.

Druck: Sabbadini, Niccolò da Cusa 9–14; Paredi, Biblioteca 198–202.

Teildruck: Sabbadini, Scoperte II 18f.

Erw.: Sabbadini, Niccolò da Cusa 36–39; Sabbadini, Scoperte II 22–25; Vansteenberghe 20, 22, 24, 57;
Koch, Briefwechsel I 9; Paredi 40.

Quod mei sis adeo memor, N. vir doctissime, ut ex iocundissima epistola tua nimisque in extol-
lentiam mei perornata nuper accepi, multum virtuti tue, plurimum et amori tuo in me debeo; quippe
cum id virtute tua, qui sic in amatum censes, ut in te est amoris quidam excessus, proveniat. Nam
facile, ut plurimum etiam interdum a viris gravibus, usurpatum quedam ab amore licentia improba-
5 bilis non erubescens transgredi in iuditio amatorum, ut in te nunc experior, dum et epistolam vel
potius ineptias simul et conditionem meas affectuose nimis extollis. Sed quicquid, vel pusillum,
esset donum dei, ut ipse plane innuis, vel de altero, ego vero de utroque seu de omnibus tenendum,
ipsique proinde gratie agende sunt semper, cuius munere probata etiam apostoli Ia(cobi) iam trita
10 sententia bona cuncta proveniunt, ubi licet interdum aspirare videatur.¹⁾ Nunquam vero tamen sim-
pliciter indulget, qui benignus et clemens presto est, si modo operam demus; verum ad captandum
hominum gratiam et amorem unum hoc apprime conferre arbitror, ut se ipsum homo metiatur sem-
per et ita vivere studeat aliis, velut sibi ipsi vivitum iri velit, etsi vane sint spes artesque hominum
omnes infirme, preterquam que ad supernorum finem se dirigunt et intendunt.

Adgaudes vero michi, suavissime N. mi, de plurimorum dominorum virorumque pene universalis
15 in me benivolentia descensuque in hunc locum ac maxime prestantissimi domini et patris mei domini
cardinalis sancti Petri²⁾, ad quem etiam commemoras conscribillata illa per me, que raptim vel cursi-
tatem, ut vocabulo utar tuo, discurristi, unde iuditium fallitur. At potius congaude tecum, ut facis, tu

2 perornata: perornata 3 amoris quidam: amore quidem 7 innuis: mimis seu: sed

1) Vgl. Iac. 1,2–17.

2) Johannes Cervantes, der 1432 XI 12 in Basel eingetroffen war (CB II 268; nach MC II 277: XI 13). Zu den Ausführungen Pizolpassos über Cervantes s. auch Fubini, Tra umanesimo e concili 329f.